

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XX

urn:nbn:de:bsz:31-97032

NDA
minein, hoc est
eius nolis, que
tura, Deo iuste
carii seca fefo
telo vulcerat.
in cit. c. 17. En
m appropinqu
s interrum. ob
y, ut hic addas.
bellor, abdies
, spumante un
opiz Orchestr
stur magnitudi
166. In Iberia
i dementie &
10. cap. ult.

arboris: decora specie subintuenti, proculve fornica-
to ambitu. Superiores ejusdem rami in excelsum emi-
cant, sylvestra multitudine, vallo matris corpore: ut
sexaginta passuum, pleiaque orbem colligant; um-
bra vero bina stadia operiant. Foliorum latitudo,
peltae Amazonicæ effigiem habet. Ea causa fructum
integens crescere prohibet. Rarus est, nec fabæ ma-
gnitudinem excedens. Scalig. exerc. 166. Ceterum
ficii exitium suum debet Carthago. Namque perni-
ciali Carthagines odio flagrans Cato, nepotumque se-
curitatis anxius, cum clamaret, omni Senatu, Cat-
thaginem delendam; attulit quodam die in curiam
præcocem ex ea provincia sicum; ostendensque pa-
tribus, Interrogo vos, inquit, quando hoc pomum
putatis depromptum ex arbore? Cum inter omnes re-
centem esse constaret: Atqui tertium, inquit, diem,
scitote decerpsum, Carthagine; tam prope à mutis
habemus hostem. Statim tum sumptum est tertium Pu-
nicum bellum, quo Carthago deleta est. In Hyrcania
sunt, quæ modios ducentos septuaginta singula fe-
runt. Plin. l. 15. c. 18.

CAPUT XX. DE FRAXINO, FUNGIS & FAGO.

Infensa est serpentibus *Fraxinus*, ut nullas ejus um-
bras ferre possint, vespertino quamvis longissimæ
tempore. Plin. l. 16. c. 13. Experientia sibi compre-
hensum scribit Plinius, si fronde ea gyro claudatur serpens
& ignis, in ignem insilire spreta fraxino. Hinc beni-
gnitas summa naturæ. Floret antequam serpentes egre-
diantur, nec ante conditos folia demittit. Vasa ex
ejus confecta ligno in usum cibi & potus, mira sple-
neticis & calculosis præstant auxilia. Dom. Zeon, l. 1.
præct. Ad aquas Scantias, ex quibus ignis profilit quan-
dam florere ex Plinio habemus. Plin. hist. l. 2. capi-
107. *Fungi* in Numidia tam crassi nascentur, ut
Cyno-

Cynodii supererit magnitudinem. In Neapolitano regno crassa crusta est. Ea terræ operta dodrante & tepida aspersa irroratione, quarto post die fungos edit. *Scaliger exerc.* 18 t. f. 1. Necesse vero est, seminatum quoddam existere, virtutemque ex suo promere siue aqua aspersa tum materiam & nutrimentum adserente, tum *ωραγενηπικην* quandam. *Libav.* l. 2. Epist. Chym. 30. Si decoquuntur, aut succus exprimitur, arborumque affundatur stemmatibus (in faginis praecipue obtinet) magno numero fungi inde nascentur. *Sennert. de conf. & diff. chym.* c. 12. In Aquilonaribus partibus sub polo frequentes sunt Magneticæ, quibus si adhaereant fagi in Magnetæ mutari. *Olaus* l. 12. c. 1. autor est.

C A P U T X X I.

D E G U A I A C O & G E N-
T I A N A.

GVaiaci ligno in signis ad arcendam luem Veneream facultas. In Italiam primo ingressu timide propinabatur, Panis & uvæ passim modico circumscribatur diæta, & quadraginta dierum in tenebris assignabatur domicilium, tanta scrupulositate, ut ne aeris quidem claritatem inspicere licuerit. *Mathiol. in lib. 1. cap. 3.* Observatum post erratum, & gallinarum caro adhibita, sed sine vini haustu. Primus *Mathiolus* tentavit cum successu, servavere & alii. *Gentiana cruciata* alias dicitur S. Ladislai Regis herba. Ferunt tota Hungaria à Tartaris pulsum, fugisse in Daciam urbem Claudiopolim. Iste in familiaritatatem divitis pervernit, Compaterque ejus evaluit. Ejus auxilio fugati iterum Tartari. In fuga numeros aureos, quos ex præda colegerant in Aradiensi abjecere campo, remorram insequentibus. Petiit Rex à Deo, ut in lapides mutarentur. Factum. Hinc ingens horum ibidem numerus. Afflita paulo post sevissima peste Hungaria obi.